*Omissis aliis, dicit :* Orémus. Praecéptis salutáribus móniti. Pater noster, *et eadem voce qua dicit* Pater noster. Líbera nos quaésumus. 5.

*Tunc Celebrans elevat Sacramentum, ut videri possit a populo.* Pax Dómini, *non dicitur, nec* Agnus Dei. *Postmodum praetermissis aliis Orationibus dicit :* Percéptio Córporis tui, *et reliqua ante Communionem,* 5. *Postquam communicavit, et sumpsit purificationem, dicit :* Quod ore súmpsimus. 5, *et statim, facta reverentia Altari, cum Ministris discedit.*

*Deinde Vesperae dicuntur sine cantu : et denudatur Altare.*

### AD VESPERAS.

*Ut heri,* 544, *praeter Ant. ad Magnificat.* Cum accepísset. 546.

**Ad Completorium.** *Omnia ut heri,* 552.

# SABBATO SANCTO.

## AD MATUTINUM.

Pater noster. Ave María, Credo. *secreto.*

### IN I. NOCTURNO.

1. Ant. 8. G (*sol-do*)



In pá-ce * in id- í-psum, dórmi- am et requi-



éscam. E u o u a e. *Ps.* Cum invocárem. 231.

2. Ant. 4. E (*mi-la*)



Ha- bi-tá-bit * in ta-berná-cu-lo tú- o, requi- és-



cet in mónte sáncto tú- o.

### Psalmus 14.



1. Dómi- ne, quis ha-bi-tá-bit in ta-berná-*cu-lo* **tú-** o? *



aut quis requi- éscet in món*te sáncto* **tú-** o?



2. Qui ingréditur *sine* **má**cula, * et oper*átur jus*títiam :
3. Qui lóquitur veritátem in *córde* **súo**, * qui non égit dólum *in língua* **súa** :
4. Nec fécit próximo *súo* **málum**, * et oppróbrium non accépit advérsus *próximos* **súos**.
5. Ad nihilum dedúctus est in conspéctu *éjus mal***ígnus** : * timéntes autem Dóm*inum glo***rí**ficat :
6. Qui júrat próximo súo, *et non* **dé**cipit, * qui pecúniam súam non dédit ad usúram, et múnera super innocén*tem non ac***cé**pit.
7. *Qui* **fá**cit haec, * non movébi*tur in ae***tér**num.

3. Ant. 7. c (*sol-ré*)



Cá-ro mé- a * requi- éscet in spe.

### Psalmus 15.



1. Con-sér-va me, Dómi-ne, quó-ni- am spe-**rá-** vi **in** te : *



Dí-xi Dómi-no : Dé- us mé- us es tu, quó-ni- am bo-nó-rum



me- **ó**-rum non **é-** ges. *Flexa :* ví- as ví-tae, †

2. Sánctis, qui sunt in **térra éjus**, * mirificávit ómnes voluntátes **méas** in **éis**.
3. **Multiplicátae** sunt infirmi**tátes có**rum : * póstea accelera**vérunt**.
4. Non congregábo conventícula eórum **de** sanguínibus, * nec mémor éro nóminum eórum per **lábia méa**.
5. Dóminus pars hereditátis méae, **et cálicis méi** : * tu es, qui restítues hereditátem **méam míhi**.
6. Fúnes cecidérunt mihi **in** praeclá**ris** : * étenim heréditas méa praeclára est **míhi**.
7. Benedicam Dóminum, qui tríbuit **míhi intelléctum** : * ínsuper et usque ad nóctem increpuérunt me **rénes méi**.
8. Providébam Dóminum in conspéctu **méo sémper** : * quóniam a déxtris est mihi, **né** com**mó**vear.
9. Propter hoc laetátum est cor **méum**, et exsultávit **língua méa** : * ínsuper et cáro méa requi**éscet in** spe.
10. Quóniam non derelínques ánimam méam **in inférno** : * nec dábis sánctum túum vidére corrup**tió**nem.
11. Nótas mihi fecísti vías vitae, † adimplébis me laetítia cum **vúltu** túo : * delectatiónes in déxtera túa **úsque** in **fí**nem.



℣. In pá-ce in id-ípsum. ℟. Dórmi- am et requi- é-scam.


Vel :
℣. In pá-ce in id-ípsum. ℟. Dórmi- am et requi- é-scam.
Pater noster. secreto.
Lectio I.
Cap. 3, 22-30.
De Lamenta-ti- ó-ne Je-remí- ae Prophé- tae.
HETH. Mi-se- ri-córdi- ae Dómi-ni qui- a non súmus
consúmpti : qui- a non de- fe-cé- runt mi- se- ra- ti- ó-nes
é- jus. HETH. Nó- vi di-lú-cu-lo, múlta est
fí-des tú- a. HETH. Pars mé- a Dómi-nus, dí-xit
á-nima mé- a : proptér-e- a exspectá-bo é- um.
TETH. Bó-nus est Dómi-nus spe-ránti-bus in é- um,
á-nimae quaerénti íl- lum. TETH. Bó-num est prae-
sto-lá- ri cum si-lénti- o sa-lu-tá-re Dé- i. TETH.
Bó-num est ví-ro, cum por-tá-ve-rit jú-gum ab ad-o-lescén-




ti- a sú- a. JOD. Se-dé-bit so- li- tá- ri- us, et
ta-cé-bit : qui- a le-vá-vit su-per se. JOD. Pó-net
in púlve- re os sú- um, si forte sit spes. JOD.
Dá-bit percu-ti- énti se ma-xíl-lam, sa-tu-rá-bi-tur oppró-
bri- is. Je-rú-sa- lem, Je- rú- sa- lem, convér-te- re ad
Dómi-num Dé- um tú- um.
Resp. 4. (mi-la)
Sic-ut ó- vis * ad occi-si- ó- nem dú-
ctus est, et dum ma- le tracta- ré- tur,
non a-pé- ru- it os sú- um : trá-
di- tus est ad mór- tem, * Ut vi-vi- fi-cá-
ret pó- pu- lum sú- um. ℣. Trá-di-


dit in mór- tem á- ni- mam sú- am,
et in- ter sce- le-rá- tos re- pu-tá- tus
est. * Ut vi-vi- fi-cá- ret.
Lectio II. Cap. 4. 1-6.
ALEPH. Quómodo obscu-rá-tum est áurum,
mu-tá-tus est có-lor óptimus, dispérsi sunt lá-pi-des sanctu-
á-ri- i in cá-pi-te ómni- um pla-te- á- rum?
BETH. Fí- li- i Sí- on íncly-ti, et amí-cti áuro prí-
mo : quómodo re-pu-tá-ti sunt in vá-sa téste- a, ó-pus má-
nu- um fí-gu- li? GHIMEL. Sed et lámi-ae nu-da-
vé-runt mámmam, lacta-vé-runt cá-tu-los sú- os : fí- li- a
pó-pu-li mé- i cru-dé- lis, qua-si strúthi- o in de-sér- to.




DALETH. Adhaésit língua lacténtis ad pa-lá-tum
é-jus in sí- ti : párvu-li pe- ti- é-runt pá-nem, et non é-rat
qui fránge-ret é- is. HE. Qui vesce-bántur vo-lup-
tu- ó-se, inter-i- é-runt in ví- is : qui nutri- e-bántur in
cró-ce- is, amplexá- ti sunt stérco- ra. VAU.
Et má-jor effé-cta est in-íqui-tas fí- li- ae pópu- li mé- i
peccá-to So-domó-rum, quae subvérsa est in moménto, et
non ce-pé-runt in é- a má- nus. Je-rú-sa-lem, Je- rú-sa-lem,
convérte-re ad Dómi-num Dé- um tú- um.
Resp. 5. (fa-do)
Je-rú-sa-lem, * súr- ge, et éx-u- e te
vé- sti- bus ju-cun- di- tá- tis :
indú- e-re cí-ne-re et ci- lí- ci- o,

* Qui- a in te oc- cí- sus est Sal-vá-
tor Isra- el. ℣. Dé-duc qua-si tor-
réntem lá- cri-mas per dí- em et nó- ctem, et non
táce- at pupíl- la ó- cu- li tú- i. * Qui- a.

Lectio III. *Cap. 5. 1-11.*

Incí-pit O-rá-ti- o Je-remí-ae Prophé-tae. Re-cor-
dá-re, Dómi-ne, quid accí-de-rit nó-bis : intu- é-re, et réspi-
ce oppróbri- um nó-strum. He-ré-di-tas nóstra vérsa est
ad a- li- é-nos : dómus nóstrae ad extráne- os. Pu-píl-li
fácti súmus absque pátre, mátres nóstrae qua-si ví-du- ae.
Aquam nóstram pe-cú-ni- a bí-bimus : lígna nóstra pré-
ti- o compa-rá-vi-mus. Cerví-ci-bus nóstris mi-nabámur,



lássis non da-bá-tur réqui- es. Aegýpto dé-dimus mánum,
et Assý-ri- is, ut sa-tu-ra-rémur pá- ne. Pátres nóstri
pecca-vé-runt, et non sunt : et nos in-iqui-tá-tes e- ó-rum
portá-vi- mus. Sérvi domi-ná-ti sunt nóstri : non fú- it qui
red-íme-ret de mánu e- ó- rum. In a-nimábus nóstris affe-
re-bámus pá-nem nó-bis, a fá-ci- e glá-di- i in de-sér-
to. Pél-lis nóstra, qua-si clí-banus exú-sta est a fá-ci- e
tempestá-tum fá- mis. Mu-lí- e-res in Sí- on humi-li- avé-
runt, et vírgi-nes in ci-vi-tá-ti-bus Jú- da. Je-rú-sa-lem,
Je- rú-sa-lem, convér-te-re ad Dómi-num Dé- um tú- um.

**Alter tonus ad libitum.**

Inci- pit O- rá- ti- o Je- re- mí- ae Pro-
phé- tae. Re-cor-dá-re, Dómi-ne, quid accí-de-rit nó-


bis : intu-é- re, et réspi-ce oppró- bri- um nóstrum.
He- ré- di-tas nó-stra vérsa est ad a- li- é- nos :
dómus nó- strae ad extrá- ne- os. Pu-píl- li
fácti súmus absque pá- tre, má- tres nóstrae qua- si
ví- du- ae. Aquam nó-stram pe-cú-ni- a bí- bi-
mus : lígna nó- stra pré-ti- o compa-rá- vi-
mus. Cer-ví- ci-bus nóstris mi-na- bá- mur, lás- sis
non da-bá- tur ré- qui- es. Ae-gý-pto dé-dimus
má- num, et Assý- ri- is, ut sa-tu- ra- rémur
pá- ne. Pátres nóstri pecca-vé-runt, et non sunt : et
nos in-iqui-tá-tes e- ó-rum portá- vi-mus. Sér-




vi domi-ná-ti sunt nó- stri : non fú- it
qui red-íme-ret de má- nu e- ó- rum. In a- nimá-
bus nóstris af-fe- re-bámus pá-nem nó- bis, a fá-
ci- e glá-di- i in de- sér- to. Pél- lis nó-stra,
qua-si clí-ba-nus ex-ú-sta est a fá- ci- e
tempe- stá-tum fá-mis. Mu- lí- e-res in Sí- on hu-
mi- li- a- vé- runt, et vír-gi- nes in ci-vi-tá- ti-bus
Jú- da. Je- rú- sa- lem, Je-rú- sa- lem, con-
vér- te- re ad Dómi-num Dé- um tú- um.
Resp.
5.
(fa-do)
Plánge * qua- si vírgo,
plebs mé- a : u-lu-lá- te, pa-


stó- res, in cí-ne-re et ci- lí- ci-


o : * Qui- a vé- nit dí- es Dó- mi-ni má-


gna, et a-má- ra val-


de. ℣. Accíngi-te vos, sa-cerdó- tes, et plán-gi-


te, mi-ní-stri al- tá- ris, aspérgi- te vos


cí- ne- re. * Qui- a. ℟. Plánge.

IN II. NOCTURNO.

1. Ant. 5. a (*fa-do*)


E-le-vá- mi-ni, * pórtae ae-terná- les, et intro-


í- bit Rex gló-ri- ae.

### Psalmus 23.


1. Dómi-ni est térra, et ple-ni-tú-do **é-** jus : * ór-bis ter-


rá-rum, et u-ni-vérsi qui há-bi-**tant** in **é-** o. *Flexa:* prín-


ci-pes vé- stras, †



2. Quia ípse super mária fundávit **éum** : * et super flúmina præpar**á**vit **éum**.
3. Quis ascéndet in móntem **Dómini**? * aut quis stábit in lóco **sáncto éjus**?
4. Innocens mánibus et múndo **córde**, * qui non accépit in váno ánimam súam, nec jurávit in dólo **próximo súo**.
5. Hic accípiet benedictiónem a **Dómino** : * et misericórdiam a Déo, salu**tári** **súo**.
6. Haec est generátio quaeréntium **éum**, * quaeréntium fáciem **Déi Jácob**.
7. Attóllite pórtas, príncipes, véstras, † et elevámini, pórtae aeternáles : * et introíbit rex **glóriæ**.
8. Quis est íste Rex **glóriae**? * Dóminus fórtis et pótens : Dóminus **pótens in prælio**.
9. Attóllite pórtas, príncipes, véstras, † et elevámini, pórtae aeter**náles** : * et introíbit Rex **glóriæ**.
10. Quis est íste Rex **glóriæ**? * Dóminus virtútum ípse **ést** Rex **glóriæ**.

2. Ant. 4. E (*mi-la*)


Cré-do vi-dé- re * bó-na Dómi-ni in tér-


ra vi-vén-ti- um.

### Psalmus 26.


1. Dómi- nus il-lumi-ná-ti- o mé- a, et *sá-lus* **mé-** a, *


*quem ti-* **mé-** bo?

2. Dóminus protéctor *vítae* **méae**, * a *quo trepi***dá**bo?
3. Dum appròpiant super *me no***céntes**, * ut *édant cárnes* **méas** :
4. Qui tríbulant me ini*míci* **méi**, * ípsi infirmáti sunt, *et ceci***dérunt**.
5. Si consístant advér*sum me* **cástra**, * non ti*mébit cor* **méum**.
6. Si exsúrgat advér*sum me* **praélium**, * in hoc *égo spe***rábo**.
7. Unam pétii a Dómino, *hanc re***quíram**, * ut inhábitem in dómo Dómini ómnibus dié*bus vítae* **méae** :
8. Ut vídeam volu*ptátem* **Dómini**, * et visi*tem témplum* **éjus**.
9. Quóniam abscóndit me in taberná*culo* **súo** : * in die malórum protéxit me in abscóndito taber*náculi* **súi**.
10. In pétra *exal***tá**vit me : * et nunc exaltávit cáput méum super in*imícos* **méos**.
11. Circuívi, et immolávi in tabernáculo éjus hóstiam vocifer*atió*nis : * cantábo, et psál*mum dícam* **Dómino**.
12. Exáudi, Dómine, vócem méam, qua cla*mávi* **ád** te : * miserére **méi**, et ex**áudi** me.
13. Tibi dixit cor méum, exquisívit te fá*cies* **méa** : * fáciem túam, Dó*mine*, *re***quíram**.

14. Ne avértas fáciem *túam* **á** me : * ne declínes in íra *a sérvo* **túo**.

15. Adjútor *méus* **ésto** : * ne derelínquas me, neque despícias me, Déus, sa*lutáris* **méus**.

16. Quóniam páter méus, et máter méa de*reli***quérunt** me : * Dóminus *autem as***súmpsit** me.

17. Légem póne míhi, Dómine, in *vía* **túa** : * et dírige me in sémitam réctam propter in*imícos* **méos**.

18. Ne tradíderis me in ánimas tribu*lánti***um** me : * quóniam insurrexérunt in me téstes iníqui, et mentíta est in*íquitas* **síbi**.

19. Crédo vidére *bóna* **Dómini** * in *térra vi***véntium**.

20. Exspécta Dóminum, viríl*iter* **áge** : * et confortétur cor túum, et *sústine* **Dóminum**.

3. Ant. 8. G (*sol-do*)
Dómi-ne, * abstraxí-sti ab ín-fe- ris á-nimam mé- am.

**Psalmus 29.**

1. Exal-tábo te, Dómi-ne, quó-ni- am susce-**pí**-sti me : * nec de-lectásti in-imí-cos *mé- os* **sú**per me.

2. Dómine, Déus méus, clamávi **ad** te, * *et sa***násti** me.

3. Dómine, eduxísti ab inférno ánimam **méam** : * salvásti me a descendénti*bus in* **lácum**.

4. Psállite Dómino, sáncti **éjus** : * et confitémini memóriae sancti*tátis* **éjus**.

5. Quóniam íra in indignatióne **éjus** : * et víta in volun*táte* **éjus**.

6. Ad vésperum demorábitur **flétus** : * et ad matuti*num læ***títia**.

7. Ego autem díxi in abundántia **méa** : * Non movébor *in ae***térnum**.

8. Dómine, in voluntáte **túa**, * praestitísti decóri m*éo vir***tútem**.

9. Avertísti fáciem túam **á** me, * et fáctus sum *contur***bátus**.

10. Ad te, Dómine, cla**mábo** : * et ad Déum méum *depre***cábor**.

11. Quae utílitas in sánguine **méo**, * dum descéndo in cor*ruptió***nem**?

12. Numquid confitébitur tíbi **púlvis**, * aut annuntiábit veri*tátem* **túam**?

13. Audívit Dóminus, et misértus est **méi** : * Dóminus fáctus est ad*jútor* **méus**.

14. Convertísti plánctum méum in gáudium **míhi** : * conscidísti sáccum méum, et circumdedísti *me læ***títia** :

15. Ut cántet tíbi glória **méa**, et non **compúngar** : * Dómine, Déus méus, in aetérnum confi*tébor* **tíbi**.



℣. Tu autem, Dómi-ne, mi-se-ré- re mé- i.
℟. Et resúscita me, et retrí-bu- am é- is.

*Vel :*

℣. Tu autem, Dómi-ne, mi-se-ré-re mé- i.
℟. Et resúscita me, et retríbu- am é- is.

Pater noster. *secreto.*

Ex Tractátu sancti Augustíni Epíscopi super Psalmos.

**Lectio IV.** *In Ps. 63. vers. 7.*

ACcédet homo ad cor altum, et exaltábitur Deus. Illi dixérunt : Quis nos vidébit? Defecérunt scrutántes scrutatiónes, consília mala. Accéssit homo ad ipsa consília, passus est se tenéri ut homo. Non enim tenerétur nisi homo, aut viderétur nisi homo, aut caederétur nisi homo, aut crucifigerétur, aut morerétur nisi homo. Accéssit ergo homo ad illas omnes passiónes, quae in illo nihil valérent nisi esset homo. Sed si ille non esset homo, non liberarétur homo. Accéssit homo ad cor altum, id est cor secrétum, objíciens aspéctibus humánis hóminem, servans intus Deum : celans formam Dei, in qua æquális est Patri, et ófferens formam servi, qua minor est Patre.

Resp. 7. (*sol-ré*)
Re- cés- sit * pástor nó- ster, fons á- quae ví- vae, ad cú- jus tráns-i- tum sol ob- scu- rá- tus est : * Nam et íl- le cá-ptus est, qui captí- vum te-né- bat prí- mum hómi-




## Lectio V.

QUO perduxérunt illas scrutatiónes suas, quas perscrutántes defecérunt, ut étiam mórtuo Dómino et sepúlto, custódes pónerent ad sepúlcrum? Dixérunt enim Piláto : Sedúctor ille : hoc appellabátur nómine Dóminus Jesus Christus, ad solátium servórum suórum, quando dicúntur seductóres : ergo illi Piláto : Sedúctor ille, ínquiunt, dixit adhuc vivens : Post tres dies resúrgam. Jube itaque custodíri sepúlcrum usque in diem tértium, ne forte véniant discípuli ejus, et furéntur eum, et dicant plebi, Surréxit a mórtuis : et erit novíssimus error pejor prióre. Ait illis Pilátus : Habétis custódiam, ite, custodíte sicut scitis. Illi autem abeúntes muniérunt sepúlcrum, signántes lápidem cum custódibus.

Resp. 8. (*sol-do*)









## Lectio VI.

POsuérunt custódes mílites ad sepúlcrum. Concússa terra Dóminus resurréxit : mirácula facta sunt tália circa sepúlcrum, ut et ipsi mílites, qui custódes advénerant, testes fíerent, si vellent vera nuntiáre. Sed avarítia illa, quæ captivávit discípulum cómitem Christi, captivávit et mílitem custódem sepúlcri. Damus, ínquiunt, vobis pecúniam : et dícite quia vobis dormiéntibus venérunt discípuli ejus, et abstulérunt eum. Vere defecérunt scrutántes scrutatiónes. Quid est quod dixísti, o infélix astútia? Tantúmne déseris lucem consílii pietátis, et in profúnda versútiae demérgeris, ut hoc dicas : Dícite quia vobis dormiéntibus venérunt discípuli ejus, et abstulérunt eum? Dormiéntes testes ádhibes : vere tu ipse obdormísti, quae scrutándo tália defecísti.

Resp. 4. (*mi-la*)



rit in pá- ce me-mó- ri- a é- jus.

℣. Tamquam ágnus coram ton-dén- te se ob-mú- tu- it, et non apé-ru- it os sú- um : de an-gú- sti- a, et de ju-dí-ci- o sublá- tus est. * Et é- rit. ℟. Ec- ce.

IN III. NOCTURNO.

4. Ant. 8. G (*sol-do*) Dé- us ád- ju-vat me, * et Dó-mi-nus sus-céptor est á-nimae mé- ae.

Psalmus 53.

1. Dé- us, in nómi-ne tú- o sálvum **me** fac : * et in virtú-te tú- a *jú-di-***ca** me. *Flexa :* advérsum me. †

2. Déus, exáudi oratiónem **méam** : * áuribus pércipe vérba *óris* **méi**.

3. Quóniam alièni insurrexérunt advérsum me, † et fórtes quaesiérunt ánimam **méam** : * et non proposuérunt Déum ante con*spéctum* **súum**.

4. Ecce enim Déus ádjuvat me : * et Dóminus suscéptor est *ánimæ* **méae**.



5. Avérte mála inimícis **méis** : * et in veritáte túa dis*pérde* **íllos**.

6. Voluntárie sacrificábo **tíbi**, * et confitébor nómini túo, Dómine : quó*niam* **bónum** est :

7. Quóniam ex ómni **tribulatióne** erípuísti me : * et super inimícos méos despéxit *óculus* **méus**.

2. Ant. 7. a (*sol-ré*) In pá-ce fáctus est * ló- cus é- jus, et in Sí-on ha-bi-tá- ti- o é- jus.

Psalmus 75.

1. Nó- tus in **Judaé-** a **Dé-** us : * in Isra- el mágnum **nó-** men **é-** jus.

2. Et fáctus est in páce **lócus** **éjus** : * et habitátio **éjus** in **Síon**.

3. Ibi confrégit **poténtias** **árcuum**, * scútum, **gládium**, et **béllum**.

4. Illúminans tu **mirabíliter** a **móntibus** **aetérnis** : * turbáti sunt ómnes insipiéntes **córde**.

5. Dormiérunt **sómnum** **súum** : * et nihil invenérunt ómnes viri divitiárum in mánibus **súis**.

6. Ab increpatióne túa, **Déus** **Jácob**, * dormitavérunt qui ascen**dérunt** **équos**.

7. Tu terríbilis es, et quis resístet **tíbi**? * ex tunc íra **túa**.

8. De caélo **audítum** **fecísti** judícium : * **térra** **trémuit** **et** **quiévit**.

9. Cum exsúrgeret in judícium **Déus**, * ut sálvos fáceret ómnes mansuétos **térrae**.

10. Quóniam cogitátio hóminis **confitébitur** **tíbi** : * et reliquiae cogitatiónis diem féstum **ágent** **tíbi**.

11. Vovéte, et rèddite Dómino **Déo** **véstro** : * ómnes, qui in circúitu éjus affértis **múnera**.

12. Terríbili et éi qui áufert **spíritum** **príncipum**, * terríbili apud **réges** **térrae**.

3. Ant. 4. d (*la-ré*) Fáctus sum * sic- ut hómo si-ne adju-tó-ri-o, inter mór- tu- os lí- ber.

## Psalmus 87.



1. Dómi- ne, Dé- us sa-*lú-tis* **mé-** ae : * in dí- e clamá-



vi, *et nó-cte* **có**-ram te.

2. Intret in conspéctu túo orá*tio* **méa** : * inclina áurem túam *ad précem* **mé**am :
3. Quia repléta est mális á*nima* **méa** : * et vita méa inférno *appropin***quá**vit.
4. Aestimátus sum cum descendénti*bus in* **lá**cum : * fáctus sum sicut hómo sine adjutório, inter *mórtuos* **lí**ber.
5. Sicut vulneráti dormiéntes in sepúlcris, quórum non es *mémor* **ám**plius * et ípsi de mánu *túa re***pú**lsi sunt.
6. Posuérunt me in lácu in*feri***ó**ri : * in tenebrósis, et *in úmbra* **mór**tis.
7. Super me confirmátus est *fúror* **tú**us : * et ómnes flúctus túos in*duxísti* **sú**per me.
8. Longe fecísti nótos *méos* **á** me : * posuérunt me abomina*tiónem* **sí**bi.
9. Tráditus sum, et non e*gredié*bar : * óculi méi langué*runt prae in***ó**pia.
10. Clamávi ad te, Dómine, *tóta* **dí**e : * expándi ad *te mánus* **mé**as.
11. Numquid mórtuis fácies *mira***bí**lia : * aut médici suscitábunt, et confi*te-búntur* **tí**bi?
12. Numquid narrábit áliquis in sepúlcro misericór*diam* **tú**am, * et veritátem túam in *perditi***ó**ne?
13. Numquid cognoscéntur in ténebris mirabí*lia* **tú**a, * et justítia túa in térra *oblivi***ó**nis?
14. Et égo ad te, Dómi*ne, cla***má**vi : * et mane orátio méa *praevéni***et** te.
15. Ut quid, Dómine, repéllis orati*ónem* **mé**am : * avértis fáci*em túam* **á** me?
16. Páuper sum égo, et in labóribus a juven*túte* **mé**a : * exaltátus autem, humiliátus sum *et contur***bá**tus.
17. In me transiérunt *írae* **tú**ae : * et terróres túi *conturba***vé**runt me.
18. Circumdedérunt me sicut áqua *tóta* **dí**e : * circumde*dérunt me* **sí**mul.
19. Elongásti a me ami*cum et* **pró**ximum : * et nótos mé*os a mi***sé**ria.



℣. In pá-ce fáctus est ló- cus é-jus.
℟. Et in Síon habi- tá-ti- o é-jus.

*Vel :*



℣. In pá-ce fáctus est ló-cus é-jus.
℟. Et in Síon habi-tá- ti- o é-jus.



Pater noster. *secreto.*

De Epístola beáti Pauli Apóstoli ad Hebraéos.

Lectio VII. *Cap. 9, 11-22.*

Christus assistens Póntifex futurórum bonórum, per ámplius et perféctius tabernáculum non manufáctum, id est, non hujus creatiónis : neque per sánguinem hircórum, aut vitulórum, sed per próprium sánguinem introívit semel in Sancta, aetérna redemptióne invénta. Si enim sanguis hircórum, et taurórum, et cinis vitulae aspérsus inquinátos sanctíficat ad emundatiónem carnis : quanto magis sanguis Christi, qui per Spíritum Sanctum semetípsum óbtulit immaculátum Deo, emundábit consciéntiam nostram ab opéribus mórtuis, ad serviéndum Deo vivénti?

Resp. 8. *(sol-do)*



Asti- té- runt * ré-ges térrae, et



prín- ci-pes con-ve- né- runt in ú-



num, * Ad- vér- sus Dó- mi- num,



et advér- sus Chrí- stum



é- jus. ℣. Qua- re fre-mu-



é- runt Gén- tes, et pó- pu- li me-di-tá-ti sunt



in- á- ni- a? * Ad- vér- sus.

### Lectio VIII.

ET ideo novi testaménti mediátor est : ut, morte intercedénte, in redemptiónem eárum praevaricatiónum, quae erant sub prióri testaménto, repromissiónem accípiant, qui vocáti sunt aetérnae hereditátis. Ubi enim testaméntum est : mors necésse est intercédat testatóris. Testaméntum enim in mórtuis confirmátum est : alióquin nondum valet, dum vivit qui testátus est. Unde nec primum quidem sine sánguine dedicátum est.

Resp. 4. (mi-la)




### Lectio IX.

LEcto enim omni mandáto legis a Móyse univérso pópulo : accípiens sánguinem vitulórum, et hircórum, cum aqua et lana coccínea, et hyssópo : ipsum quoque librum, et omnem pópulum aspérsit dicens : Hic sanguis testaménti, quod mandávit ad vos Deus. Etiam tabernáculum, et ómnia vasa ministérii sánguine simíliter aspérsit : et ómnia pene in sánguine secúndum legem mundántur : et sine sánguinis effusióne non fit remíssio.



Resp. 2. (ré-fa)




## AD LAUDES.

1. Ant. 4. c (la-ré)



### Psalmus 50.



1. Mi-se- ré- re *mé- i* **Dé-** us, * se-cúndum mágnam



mi-se-ri-córdi- am **tú-** am.

2. Et secúndum multitúdinem miseratió*num tuá*rum, * déle iniquitátem **mé**am.
3. Amplius láva me ab iniqui*táte* **méa** : * et a peccáto méo **múnda** me :
4. Quóniam iniquitátem méam *égo co*g**nó**sco : * et peccátum méum contra me est **sém**per.
5. Tibi sóli peccávi, et málum có*ram te* **féci** : * ut justificéris in sermónibus túis, et víncas cum judi**cá**ris.
6. Ecce enim in iniquitáti*bus con***cé**ptus sum : * et in peccátis concépit me máter **méa**.
7. Ecce enim veritátem *dile***xí**sti : * incérta et occúlta sapiéntiae túae manifestásti **míhi**.
8. Aspérges me hyssópo, *et mun***dá**bor : * lavábis me, et super nívem deal**bá**bor.
9. Audítui méo dábis gáudium *et lae*títiam : * et exsultábunt óssa humiliáta.
10. Avérte fáciem túam a pec*cátis* **méis** : * et ómnes iniquitátes méas **déle**.
11. Cor múndum créa *in me* **Déus** : * et spíritum réctum ínnova in viscéribus **méis**.
12. Ne projícias me a fá*cie* **túa** : * et spíritum sánctum túum ne áuferas **á** me.
13. Rédde míhi laetítiam salu*táris* **túi** : * et spíritu principáli con**fír**ma me.
14. Docébo iníquos *vías* **túas** : * et ímpii ad te conver**tén**tur.
15. Líbera me de sanguínibus, Déus, Déus sa*lútis* **méae** : * et exsultábit língua méa justítiam **tú**am.
16. Dómine, lábia mé*a a*péries : * et os méum annuntiábit láudem **túam**.
17. Quóniam si voluísses sacrifícium, de*díssem* **útique** : * holocáustis non delec**tá**beris.
18. Sacrifícium Déo spíritus con*tribu***lá**tus : * cor contrítum et humiliátum Déus non de**spí**cies.
19. Benígne fac Dómine in bóna voluntáte *túa* **Sion** : * ut aedificéntur múri Je**rú**salem.
20. Tunc acceptábis sacrifícium justítiae, oblatiónes et *holo***cáu**sta : * tunc impónent super altáre túum **ví**tulos.

9. Ant. 4. A* (*la-ré*)



Plángent é- um * qua-si u-ni- gé-ni-tum, qui- a



ínno-cens Dómi-nus occí-sus est.



### Psalmus 91.



1. Bó-num est confi-*té-ri* **Dómi**-no : * et psál-le-re nómi-



ni *tú- o Al*-**tís**sime. *Flexa :* Dómi-ne, †

2. Ad annuntiándum máne misericór*diam* **túam** : * et veritátem *túam per* **nóc**tem.
3. In decachór*do, psal***té**rio : * cum cán*tico in* **cí**thara.
4. Quia delectásti me Dómine in fa*ctúra* **túa** : * et in opéribus mánuum túa*rum exsul***tá**bo.
5. Quam magnificáta sunt ópera *túa* **Dó**mine! * nimis profúndae fáctae sunt cogita*tiónes* **túae** :
6. Vir insípiens *non co*g**nó**scet : * et stúltus non *intélli***get** haec.
7. Cum exórti fúerint peccatóres *sicut* **foé**num : * et apparúerint ómnes, qui operántur *iniqui***tá**tem :
8. Ut intéreant in saé*culum* **saé**culi : * tu autem Altíssimus in *aetérnum* **Dó**mine.
9. Quóniam ecce inimíci túi Dómine, † quóniam ecce inimíci tú*i pe*ríbunt : * et dispergéntur ómnes, qui operántur *iniqui***tá**tem.
10. Et exaltábitur sicut unicórnis *córnu* **méum** : * et senéctus méa in miseri*córdia* **ú**beri.
11. Et despéxit óculus méus ini*mícos* **méos** : * et in insurgéntibus in me malignántibus áudi*et áuris* **méa**.
12. Jústus, ut pál*ma flo***ré**bit : * sicut cédrus Líbani *multipli***cá**bitur.
13. Plantáti in *dómo* **Dó**mini, * in átriis dómus Déi *nóstri flo***ré**bunt.
14. Adhuc multiplicabúntur in se*nécta* **ú**beri : * et bene patiéntes é*runt, ut an***nún**tient :
15. Quóniam réctus Dóminus *Déus* **nós**ter : * et non est ini*quitas in* **é**o.

3. Ant. 7. b (*sol-ré*)



Attén- di-te * u-ni-vér-si pó- pu-li, et vi-



dé- te do-ló- rem mé- um.

### Psalmus 63.



1. Ex-áu-di Dé- us o-ra-ti- ó-nem **mé-** am cum **dé**pre-



cor : * a timó-re in-imí-ci é-ri-pe **á**-nimam **mé**- am.

2. Protexísti me a convéntu **malignánt**ium : * a multitúdine operántium iniquitátem.

3. Quia exacuérunt ut gládium **línguas súas** : * intendérunt árcum rem amáram, ut sagíttent in occúltis **immaculátum**.

4. Súbito sagittábunt éum, et **non timébunt** : * firmavérunt síbi ser**món**em néquam.

5. Narravérunt ut abs**cónd**erent láqueos : * dixérunt : Quis vidébit **éos**?

6. Scrutáti sunt iniquitátes : * defecérunt scru**tánt**es scrutínio.

7. Accédet hómo **ad** cor **ál**tum : * et exal**tá**bitur **Déus**.

8. Sagíttae parvulórum fáctae sunt **plá**gae eórum : et infirmátae **sunt** contra éos **lín**guae eórum.

9. Conturbáti sunt ómnes qui vi**dé**bant éos : * et tímuit **ómnis hómo**.

10. Et annuntiavérunt **ópera Déi** : * et fácta éjus intelle**xér**unt.

11. Laetábitur jústus in Dómino, et spe**rá**bit in **éo**, * et laudabúntur ómnes récti **cór**de.

4. Ant. 2. D (*ré-fa*)



A pór- ta ínfe-ri * é- ru- e Dómi-ne



á- nimam mé- am.

Canticum Ezechiae. *Is. 38. b.*



1. Ego dí-xi : In dimí-di- o di- é-rum me- **ó**- rum * vá-



dam ad pór*tas* **ín-fe-ri.** *Flexa :* ví- ta mé- a : †

2. Quaesívi resíduum annórum **meórum** : * dixi : Non vidébo Dóminum Déum in térra *vi***véntium**.

3. Non aspíciam hóminem **últra**, * et habitatórem *qui***étis**.

4. Generátio méa abláta est, et convolúta est **á** me, * quasi tabernáculum *pa***stórum**.



5. Praecísa est velut a texénte vita méa : † dum adhuc ordírer suc**cí**dit me : * de mane usque ad vésperam fi*ni***es** me.

6. Sperábam usque ad **máne** : * quasi léo sic contrívit ómnia ós*sa* **méa**.

7. De mane usque ad vésperam **fínies** me : * sicut púllus hirúndinis sic clamábo : meditábor ut *co***lúm**ba.

8. Attenuáti sunt óculi **méi**, * suspiciéntes in *ex***célsum**.

9. Dómine vim pátior, respónde **pró** me. * Quid dicam, aut quid respondébit mihi, cum i*pse* **fécerit**?

10. Recogitábo tibi ómnes ánnos **méos**, * in amaritúdine áni*mae* **méae**.

11. Dómine si sic vívitur et in tálibus vita spíritus méi, † corrípies me et vivi**fi**cábis me. * Ecce in páce amaritúdo méa a*ma***ríssima**.

12. Tu autem eruísti ánimam **méam** ut non **per**íret : * projecísti post térgum túum ómnia peccá*ta* **méa**.

13. Quia non inférnus confitébitur tibi, neque mors lau**dá**bit te : * non exspectábunt qui descéndunt in lácum veritá*tem* **túam**.

14. Vivens vivens ipse confitébitur tibi, sicut et égo **hó**die : * páter fíliis nótam fáciet veritá*tem* **túam**.

15. Dómine sálvum **mé** fac * et psálmos nóstros cantábimus cúnctis diébus vítae nóstrae in dó*mo* **Dómini**.

5. Ant. 8. c (*sol-do*)



O vos ómnes, * qui transí-tis per ví- am, at-tén-



di- te et vi-dé- te, si est dó- lor sic- ut dó- lor



mé- us.

Psalmus 150.



1. Laudá-te Dómi-num in sánctis **é**-jus : * laudá-te é- um in



firmaménto vir*tú-tis* **é**- jus. *Flexa :* bene-sonánti-bus : †

2. Laudáte éum in virtútibus éjus : * laudáte éum secúndum multitúdinem magnitú*dinis* éjus.

3. Laudáte éum in sóno **tú**bae : * laudáte éum in psaltéri*o, et* **cí**thara.

4. Laudáte éum in týmpano et **chó**ro : * laudáte éum in chór*dis, et* **ór**gano.

5. Laudáte éum in cýmbalis benesonántibus : † laudáte éum in cýmbalis jubilatiónis : * ómnis spíritus *láudet* **Dó**minum.

℣. Cáro méa requiéscet in spe.

℟. Et non dábis sánctum túum vidére corruptiónem.

Ad Bened. Ant. 1. g (ré-la)



Mu- lí- e- res * se-dén-tes ad mo-nu-mén-



tum la- men-ta- bán-tur, fléntes Dó-mi-num.



E u o u a e.

*Cant.* Benedíctus Dóminus Déus Israel. 538.

*Deinde* ℣. Christus fáctus est. *cum reliquis*, 539.

## IN VIGILIA PASCHAE.

*Dicta Nona, Sacerdos, astantibus sibi Ministris cum Cruce, aqua benedicta, et incenso, ante portam Ecclesiae, si commode potest, vel in ipso aditu Ecclesiae, benedicit novum ignem, dicens :*

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.

Orémus.

DEus, qui per Fílium tuum, anguláre scílicet lápidem, claritátis tuae ignem fidélibus contulísti : prodúctum e sílice, nostris profutúrum úsibus, novum hunc ignem sancti✠fica : et concéde nobis, ita per haec festa paschália caeléstibus desidériis inflammári; ut ad perpétuae claritátis, puris méntibus, valeámus festa pertíngere. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus.

DOmine Deus, Pater omnípotens, lumen indefíciens, qui es cónditor ómnium lúminum : béne✠dic hoc lumen, quod a te sanctificátum atque benedíctum est, qui illumináaisti omnem mundum : ut ab eo lúmine accendámur, atque illuminémur igne claritátis tuae : et sicut illumináasti Móysen exeúntem de Aegýpto, ita illúmines corda et sensus nostros ; ut ad vitam et lucem aetérnam perveníre mereámur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus.

DOmine sancte, Pater omnípotens, aetérne Deus : benedicéntibus nobis hunc ignem in nómine tuo, et unigéniti Fílii tui Dei ac Dómini nostri Jesu Christi, et Spíritus Sancti, cooperári dignéris ; et ádjuva nos contra ignita tela inimíci, et illústra grátia caeléstí. Qui vivis et regnas cum eódem Unigénito tuo, et Spíritu Sancto, Deus : per ómnia saécula saeculórum. ℟. Amen.

*Deinde benedicit quinque grana incensi ponenda in Cereo, dicens absolute hanc Orationem :*

VEniat, quaésumus omnípotens Deus, super hoc incénsum larga tuae bene✠dictiónis infúsio : et hunc noctúrnum splendórem invisíbilis regenerátor accénde ; ut non solum sacrifícium, quod hac nocte litátum est, arcána lúminis tui admixtióne refúlgeat ; sed in quocúmque loco ex hujus sanctificatiónis mystério áliquid fúerit deportátum, expúlsa diabólicae fraudis nequítia, virtus tuae majestátis assístat. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.



*Tum ordinatur Processio ad chorum. Diaconus accendendo candelas in summitate arundinis, positas ter decantat in processu, singulis vicibus elevando altius vocem :*



Lúmen Chrí-sti. ℟. Dé- o grá- ti- as.

*Deinde, postquam accepit benedictionem, cantat :*

EXsúltet jam Angélica turba caelórum : exsúltent divína mystéria : et pro tanti Regis victória, tuba insónet salutáris. Gáudeat et tellus tantis irradiáta fulgóribus : et aetérni Regis splendóre illustráta, totíus orbis se séntiat amisísse calíginem. Laetátur et mater Ecclésia, tanti lúminis adornáta fulgóribus : et magnis populórum vócibus haec aula resúltet. Quaprópter astántes vos, fratres caríssimi, ad tam miram hujus sancti lúminis claritátem, una mecum, quaeso, Dei omnipoténtis misericórdiam invocáte. Ut qui me non meis méritis intra Levitárum númerum dignátus est aggregáre : lúminis sui claritátem infúndens, Céréi hujus laudem impléré perfíciat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium suum : qui cum eo vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus.

Per ómnia saécula saeculórum. ℟. Amen.

℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu túo.
℣. Súrsum córda.
℟. Habémus ad Dóminum.
℣. Grátias agámus Dómino Déo nóstro.
℟. Dignum et jústum est.

VEre dignum et justum est, invisíbilem Deum Patrem omnipoténtem, Filiúmque ejus unigénitum, Dóminum nostrum Jesum Christum, toto cordis ac mentis afféctu, et vocis ministério personáre. Qui pro nobis aetérno Patri, Adae débitum solvit : et véteris piáculi cautiónem pio cruóre detérsit. Haec sunt enim festa paschália, in quibus verus ille Agnus occíditur, cujus sánguine postes fidélium consecrántur. Haec nox est, in qua primum patres nostros fílios Israel edúctos de Aegýpto, mare Rubrum sicco vestígio transíre fecísti. Haec ígitur nox est, quae peccatórum ténebras, colúmnae illuminatióne purgávit. Haec nox est, quae hódie per univérsum mundum, in Christo credéntes, a vítiis saéculi, et calígine peccatórum segregátos, reddit grátiae, sóciat sanctitáti. Haec nox est, in qua destrúctis vínculis mortis, Christus ab ínferis victor ascéndit. Nihil enim nobis nasci prófuit, nisi rédimi profuísset. O mira circa nos tuae pietátis dignátio ! O inaestimábilis diléctio caritátis : ut servum redímeres, Fílium tradidísti ! O certe necessárium Adae peccátum, quod Christi morte delétum est ! O felix culpa, quae talem ac tantum méruit habére Redemptórem ! O vere beáta nox, quae sola méruit scire tempus et horam, in qua Christus ab ínferis resurréxit ! Haec nox est, de qua scriptum est : Et nox sicut dies illuminábitur : Et nox illuminátio mea in delíciis meis. Hujus ígitur sanctificátio noctis fugat scélera, culpas lavat : et reddit innocéntiam lapsis, et maestis laetítiam. Fugat ódia, concórdiam parat, et curvat impéria.

*Hic Diaconus infigit quinque grana incensi benedicti in Cereo, in modum Crucis.*

1
4 2 5
3

In hujus ígitur noctis grátia, súscipe sancte Pater, incénsi hujus sacrifícium vespertínum : quod tibi in hac Cérei oblatióne solémni, per ministrórum manus de opéribus apum sacrosáncta reddit Ecclésia. Sed jam colúmnae hujus praecónia nóvimus, quam in honórem Dei rútilans ignis accéndit.

*Hic Diaconus accendit Cereum.*

Qui licet sit divísus in partes, mutuáti tamen lúminis detriménta non novit. Alitur enim liquántibus ceris, quas in substántiam pretiósae hujus lámpadis, apis mater edúxit.